

MASTER
NEGATIVE

NO. 91-80274-33

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PFAFF, CARL

TITLE:

DE DIVERSIS MANIBUS

PLACE:

HEIDELBERGAE

DATE:

1883


Master Negative #

91-80279-33

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record









Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 10.2.51 INITIALS V.W.D.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



PHOTOGRAPHIC SCIENCES CORPORATION
770 BASKET ROAD
P.O. BOX 338
WEBSTER, NEW YORK 14580
(716) 265-1600

8700
126

No. 6

De diversis manibus, quibus Ciceronis de republica
libri in codice Vaticano correcti sunt

disputavit

Carolus Pfaff.

Accedit tabula heliotypa.

(Beilage zum Jahresbericht des Heidelberger Gymnasiums für das Schuljahr 1882–83.)

Heidelbergae.
Typis G. Mohri.
MDCCCLXXXIII.

1883. Progr. Nr. 547.

Strelitzium in eo libello, qui de antiquo Ciceronis de republica librorum emendatore inserbitur (Vratislaviae a. 1874), alteram manum non interpolatoris sustinuisse munus, sed duce libro manuscripto codicem Vaticanum corrigere sse accurata disputatione probavisse et alii affirmaverunt neque ego negaverim. Attamen sati multas de eis alterius manus lectionibus, quae longius a librarii scripture recedant, remanere di iecultates minime infitias ibit quisquis in hanc quaestione diligentius inquisiverit. Cui solvendae t ego quoque, quantum in me situm esset, operam navarem, Wachsmuthius praceptor dilectissi nus me adduxit adductumque his proximis annis consilio suo ita adiuvit, ut liberalitatem benevo' atiamque eius nunquam desinam animo prosequi gratissimo.

Difficultates igitur dubitationesque in gravioribus utriusque manus discrepantia posita sunt. Etenim cum omnia codicis Vaticanani menda ab 2^a m. sublata in duo genera dividere liceat et in altero ea numeranda sint, quae manifesto 1^a m. stultitia, errore, neglegentia orta sunt, de his quidem haud difficile videtur posse decerni neque, si sola ea respexeris, Strelitzii impugnes sententiam docentis ad codicem Vaticanum corrigendum librarii archetypum ab 2^a m. adhibitum esse. In alterum autem genus ea referemus menda, quae librarii culpa orta esse externis indicie probari nequit. Accedunt ei loci, quibus librarii lectiones ab 2^a m. depravatae sunt. Quodsi illa 1^a m. menda ex ipso 1^a m. archetypo fluxisse verum vel veri est simillimum, hos vero locos a correctore ad suum arbitrium ac libidinem depravatos esse statuere sanae constantique rationi repugnat, iam quaestio oritur, quonam ex fonte collator et illas emendationes et has depravationes depromperit. Strelitzius autem librarii archetypo ipso 2^{am} m. ad corrigendum usam esse iudicans mihi quidem erravisse videtur.

Nam primum quod ille compluribus 1^a m. archetypi locis binas lectiones extitisse docet velut de rep. I. II § 63 *haec (conubia) illi, ut ne plebi et patribus essent (ut ne plebei cum patribus essent 2^a m.) inhumanissima lege sanzerunt* (vid. Strel. diss. pag. 79), quarum alteram a librario, alteram ab emendatore in codicem Vaticanum translatam esse affirmat, fieri sane potuit, ut litteras vel vocabula interpretandi causa inter lineas vel in margine adiecta neque a librario in librum Vat. translata emendator ita suppleret, ut 1^a m. lectiones non extingueret, velut I § 53 supra *iniquissimast* litteram *e* exaravit, I § 64 supra *diu* litteram *a* (neque enim litteram *u* ab 2^a m. deletam esse apparet). At vero omnibus fere eiusmodi locis emendator non solum alteras lectiones adiecit, sed librarii etiam lectiones punctis vel lineolis transversis delevit. Quae delendi signa iam in 1^a m. archetypo fuisse non magis veri est simile quam correctorem de suo ingenio ea addidisse. Neque enim antiquius quidquam correctorem habuisse, quam ut ad archetypi normam verbum cum verbo conferens codicem Vat. emendaret, neque illud eum egisse, ut sententiam eorum, quae legeret, assequeretur, Strelitzius ipse non uno dissertationis loco exponit. (Cf. pag. 22. 23. 24. 29. 30. l. l.) Sed hoc de ingenio et opera 2^a m. iudicium Strelitzius ipse eo quoque infirmat, quod aliarum lectionum discrepanrias explicaturus nonnullos locos ab emendatore non ad archetypi normam, sed illius iudicio mutatos esse extremo dissertationis capite (pag. 87 ss.) docet.

Quin ne de 1^o quidem m. indele et opera Strelitzius sua stat sententia, quippe qui quorundam locorum discrepantias ita explanare studeat, ut priorem lectionem librarii errore ortam esse affirmet. Nam errore quidem vel neglegentia librarii plurimae litterae omissae, inter se mutatae, transpositae sunt, e. g. I § 3 *deo* (*duo*). § 22 *ornatam* (*tornatam*). § 23 *in* (*ain*). § 55 *pacis* (*paucis*). § 63 *ager* (*aeger*). § 64 *poteris* (*postoris*). II § 20 *cederetur* (*crederetur*). § 54 *lex anxit* (*lex sanxit*). § 59 *solem* (*Solenem*). II § 7 *excurrant* (*exulant*). § 31 *reges hos nostri* (*r. hoc n.*). § 43 *hoc ad* (*quoad*). § 45 *neque vos* (*neque suos*). — I § 44 *neminem* (*nominem*). § 17 *studio* (*studeo*). § 36 *prudentissimi hominis* (*pr. homines*). § 68 *inquam* (*unquam*). § 70 *minus* (*unus*). II § 28 *facta* (*ficta*). § 52 *expulsoque* (*expulsoque*). — I § 22 *Thleta* (*Thalete*). § 31 *Scipiis initiois* (*Scipionis initii*). § 35 *inritiorem* (*inertiorem*). § 68 *Ipsistratus* (*Pisistratus*). II § 26 *coistii* (*eis otii*). — I § 3 *cuius* (*civis*). § 38 *excepto* (*expecto*). § 53 *aeque* (*eaque*). II § 9 *gentium* (*genitum*). § 23 *gereret* (*regeret*). § 31 *manibus* (*manubis*). § 36 *cadernique* (*adtemque*). § 38 *rusticorum* (*Etruscorum*). § 51 *praescripsit* (*perscripsit*). Fortasse hae quoque corruptelae 1^o m. neglegentia ortae sunt, quamquam id mihi aegre persuadeo: I § 5 *si unus* (*sinus*). § 28 *quantum illum* (*quam illum*). § 30 *cautus* (*catus*). § 60 *meo vero* (*mili vero*). § 62 *vita* (*plura*). § 65 *dificile facturus est* (*dificile factu est, sed*). II § 60 *Sp. Tarpeius* (*P. Tarpeius*). III § 26 *veri* (*vasfri*). At quis tandem sibi persuadebit eundem librarium latini sermonis fere nescium casu ad tales lectiones delapsum esse, quales sunt: I § 22 *astellis* (2^o m. *astris*). § 56 *imitabor* (2^o m. *imitemur*). II § 34 *cumque audiret dominationem Cypseli confirmatam, fugit* (*confirmari, defugit* 2^o m.)? Hoc si fieri potuisse, sane Strelitzio assentendum erat docenti ad eiusmodi quoque corruptelas sanandas 1^o m. archetypum ab 2^o manu adhibitum esse.

Denique ne de eis quidem locis, quos bis emendatos esse du Rieuus et DetlefseNIUS demonstraverunt, omnem a Strelitzio exemptum esse scrupulorum censendum est. (cf. p. 7 et 11 l. 1.)

Quod tamen ille compluribus locis utriusque manus discrepantiae causam inveniri posse desperans de fide collationis a du Rieu confectae dubitat, ego quoque hac ipsa de re dubius haerebam. Itaque cum ea consideravissim, quae du Rieu in extrema praeafatione 'schedarum Vaticanarum' (cf. p. 17) profitetur, et cum cognovissem non unum locum DetlefseNIUS collatione accuratis quam du Rieu describi — sive eius oculorum acies non sufficit, sive minutissima quaeque commemorare noluit — Mauium virum clarissimum Romae nunc versantem oravi, ut quosdam palimpsesti locos in meum usum denuo conferret. Qui postquam summa facilitate precibus meis obsecutus plane nova mecum communicavit, iterum a me rogatus totum librum conferre coepit. Sed vix l. I § 1—19 (usque ad cod. p. 269) a du Rieu, atque l. I § 11—31 a du Rieu DetlefseNIUS collatas confecerat, cum ille, quod Augustini commentariorum atramento atque chemicis remedii, quae ad restauranda Ciceronis verba adhibebantur, membranae nonnullis locis perrosae sunt, adeo ut, ne lacerae fiant, periculum videatur, a bibliothecae Vaticanae praefecto, quod codicem resarcendum curavisset, eo uti vetitus est. Itaque Mauium paucis ante mensibus iterum rogavi ut, si fieri posset, de quibusdam lectionibus me edoceret, quod ille venia codicis per paucas horas inspiciendi aegerrime impetrata (neque enim interea liber resartus erat) summa, qua solet, cura atque diligentia fecit.

Hoc vero eo maiore dignum videtur laude, quod codex Vaticanus difficillimus est lectu. Quod ex ea tabula, quam huic dissertationi addidimus, perspicere licet. Est autem eadem, quam Zange-meisteras et Wattenbachius a. 1876 in 'Exemplis codicum' ediderunt. Cum enim mecum repu-

tassem splendidum illud opus inspiciendi haud omnibus potestatem fieri, ea tamen quae in Mai Moserique editionibus continantur specimina minime perspicuum palimpsesti Vaticani imaginem praebere, illustrissimos illos viros oravi, ut tabulam septimam decimam illius operis depingendam curare mihi licaret. Quod postquam benignissime atque liberalissime mihi concessissent, Baekmannus Caroliruhiensis heliotypa arte, quam maxima fieri poterat perspicuitate, tabulam huic opusculo adjunctam confecit. Praesentat autem codicis Vaticani paginam sextam, quae continet de rep. I. II § 56^{am} inde a vocabulis TAMENOM | NIA usque ad POSTUMOCO § 57^{am}, in qua hae emendationes reperiuntur: inter 1^{am} et 2^{am} prioris columnae versum ab emendatore suppleta est vox SUMMA, inter 1^{am} et 2^{am} alterius columnae versum vox QUOD; supra PRODITIS (in 12^o prioris columnae versu) litterae AE exaratae sunt litteraque O lineola deleta est; denique inter 4^{am} et 5^{am} alterius columnae versum littera T super COGEBATUR adiecta et fortasse littera R puncto deleta est.

Ceterum haec quidem pagina non ita difficultis est ad legendum; contra multis aliis in plagulis aegre librarii litteras agnoscit, nedum emendationes minoribus litteris exaratae dignoscantur, ut Maius, du Rieuus, DetlefseNIUS, ita Mauius quoque testatur. Accedit, quod multae paginae, e. g. p. 92 et 263, signis quibusdam quasi consitae sunt, quae vel litteris vel eis lineis similia videntur, quibus emendator litteras deleri volebat. Praeterea vero, ut in ipsa cod. pag. sexta, ita aliis quoque in paginis, e. g. 89 (supra vocem liberis) vetustiorum litterarum vestigia inveniri, de quibus nihil certi statuere licet, ex Mauii collatione cognoscitur.

Sed quod hac ipsa collatione nova in lucem proferri supra affirmatum est, a Mauio discimus eas emendationes, quarum plurimae ab hominibus doctis uni eidemque i. e. alteri manui tributae sunt, duobus correctoribus deberi. Ex his alterum c, alterum c¹, librarium vero ipsum C significabimus. Quae emendationes cum atramenti colore, tum litterarum ductibus ita inter se differunt, ut c et vetustiorem speciem praebeat et ad C similitudinem proxime accedat, quamquam C ipsi emendationes a c confectas deberi pro certo affirmari nequit.

Sed a diversis auctoribus emendationes ortas esse ut demonstrem, hos ex codice afferam locos:

II § 30 INTELLEGESQ NON (c)
NON (c)
FORTUITOP.R.

II § 53 NEVE (c)
UE (c)
UERBERARET.

Quibus in exemplis vox non et syllaba ve, a librario omissae, ab c inter lineas suppletæ erant, sed c¹ easdem, alteram in margine, alteram in fine versus cum diversa litterae v forma adiecit. Vocis autem neve syllabam ve in extremo versu erasam esse cum du Rieuus affirmet, Mauius negat. (cf. quae infra ad II § 2 de discrepantiae vocum qui et quorum origine adnotabo.) His autem duobus nisus locis atque compluribus eiusmodi, quibus voces a C male dissectae a c¹ emendatae sunt, Mauius correctorem, ut qui emendationes quam maxime conspicuas esse atque illustres vellet, id quoque operam dedisse colligit, ut aut singulas voces a c supra lineas adiectas deleret easdemque in extremis versibus adscriberet aut totos versus (ut fortasse I § 10) insereret inter lineas.

Prorsus eadem ratione qua II § 53, ni fallor, I § 42 duplex vocis sententia emendatio explicanda est, si syllabam ten bis in codice suppleri vel olim suppletam fuisse du Rieuus pag. 33 et 72 l. c. recte docet; nam Mauius tantummodo SEN | TIA se vidisse testatur. Deinde quod Strelitzius

in voce *carere rege* II § 52 librarii vel emendatoris errore vocis *rege* syll. *re* expunctam esse putat, ego potius du Rieum hunc locum minus accurate contulisse opinatus illas voces sic emendatas esse iudico, ut *cane* | *re* primum in *care* | *re* mutata emendator perspicuitatis studio adductus *re* supra *care* adscriberet itaque in sequenti versu *re* (iam supervacaneum) expungeret. (Quod vocis *rege* syll. *re*, non antecedens *re* punctis notavit, in hoc non est quod offendas. cf. velim, quae ad *sublataperta* II § 55 exponemus.) Contra de voc. *consul fuisse* — *consul autem* I § 10 certi quidquam Mauii quidem iudicio statuere non licet. Etenim cum ea verba sic in codice exhibeantur

CONSULFUI // / (c aut c¹)
NISITUMCON
SULFUSSEMCON (c¹)
SULAUTEMES | SE

ut superioris emendationis litterae *consulfui* vix apparent, reliquae autem quattuor litterae *ssem* erasae sint, utrum duas diversas emendator manus adesse putandum sit neque, discerni non posse. Fortasse etiam litteras *consulfui* erasae olim fuisse, sed postea chemicis remedii rursus apparuisse. Illud quoque fieri potuisse, ut c¹ superiore emendationem conficeret, postea autem ipsa eraderet, voces omissas inter lineas adscribi melius rata.

Occasione oblata illud moneamus omnino de locis eis omnibus, quibus singulas litteras erasae videamus, dijudicari non posse. Quamquam enim tredecim illis locis, quibus vocabula male dissecta perspicimus emendata esse, librarium id non fecisse veri est simile, tamen utrum *C* an *c* an *c¹* illas emendationes vindicare debeamus dubium est. Nam du Rieum Strelitzioque iudicio eas *C* deberi affirmant e. g. vox *dicatur* I § 2 repugnat, quae Mauio teste ex voce *ducatur* ita correcta est, ut priore lineola litterae *u* erasae (i littera restante) etiam *i* supra *dicatur* scriberetur; cum vero *i* supra adiecta *c¹* tribuenda sit, sequitur ut, nisi duplum emendationem statuamus, illam litteram *a* *c¹* erasam esse credamus. (Quod du Rieus II § 67 in vocabulis *ex eis ipsis* vocis *eis* litteram *e* iam olim erasam esse refert, Mauius nil amplius affirmari posse quam *e* litteram erasam videri docet.)

Sed ut eo redeamus, unde digressi sumus, ne de II § 31st quidem dupli emendatione decernere licet:

CRAEUPILIPÔ
ISQUEDEIMPERIOSUOEXEMPLOPOMPILI
POPULUM

Voces *isque* — *Pompilipo* Mauius *c¹* tribuit, cum eadem voces in ima pagina additae, quia maximam partem sub Augustini commentariis lateant itaque difficillimae sint lectu, utrum *c* an *c¹* vindicandae sint dijudicari non possit. Idem de voce *potuerunt* bis in *potuero* (I § 65) emendata statuendum est, quod Mauio teste illa ipsa pagina pars nimis extrita est.

At vero II §§ 26 et 52 cum du Rieum Strelitzioque duplex emendatio non est statuenda. Nam illo loco *C* exaraverat PATRIM^{c¹} | NIO, quod *c¹* hunc in modum corredit PATR^{c¹} IN^{c¹} | NI^{c¹}, i. e. *patroccinio* (expunctis sequentis versus litteris *nio*.) Hoc autem loco AMPLISSIMU^A | AR.P. *c¹* litteram *U* lineola transversa*) delevit, *A* sequentis versus expunxit, supra *U* adiecit *a*, nihil aliud nimirum faciens, ac si litteram male dissectam voci sua redferret. (cf. I § 1 *undi* | *set C, undis* | *et c¹*.)

*) Quae litterae in codice Vat. lineis transversis deletae sunt, eas nos lineolis obliquis supra adiectis notavimus.

Item du Rieum II § 2 vocem *qui* bis correctam esse pag. 34 et 87 l. l. exponentem erravisse censendum est. Mauius enim vocem *qui* a *C* exaratum a *c¹* ita in vocem *quorum* mutatam esse, ut illa litteram *i* depravaret in *r* atque l. o supra, *um* iuxta *qur* adscriberet, pro certo affirmat. Quam correctionem postea erasam esse non cerni, sed sicut omnes *c¹* emendationes ita litteras *orum* pallidiores apparere.

Sed pertinent huc ei quoque loci, quibus tertiam vel quartam manum homines docti investigaverunt. Cum vero Detlefsenius I § 54 in vocibus: *quoniam eorum nullum ipsum per se prob* literas (*p*-)erse alio atramento et ab alia manu scriptas videri significet, Mauius eas, quamquam atramentum color pallidior atque litterae minores sint (scilicet quod versus spatium librarius iam transgressus erat), tamen certissimo a *C* exaratas esse docet. Tum vocem *puto* I § 13 *c¹*, non recentiori manu vindicandam esse eiusdem collatione perspicimus. At re vera I § 58 vocabula *excluso Tarquinio* nec *C* nec *c* nec *c¹*, immo alii manu debentur, eidem fortasse quae II § 48 *invisius* in summa pagina repetivit. (v. du Rieui p. 106 l. c.) Vocem denique *acco* II § 16 minutissimis litteris vix iam perspicuis exarata ab illarum vocum ductibus omnino differre ex Mauii quam accuratissima huius loci descriptione cognovi.

Sed ut ad eam disputationem, quae instituta nobis erat, redeamus, ex illis locis, de quibus supra disseruimus, hoc certe efficitur inesse in palimpsesto Vaticano eas emendationes, quae non *c¹*, i. e. alteri, quae vulgo vocatur, sed alii manu vetustiori (*c*), librario fortasse ipsi (*C*) debeat. Iam vero etiam difficilior atque intricatior eo evadit quaestio, quod cum du Rieui Detlefseniique tum Mauii collatione *C* non uno loco ipsam sese correxisse probatur. (cf. du Rieui l. c. p. 31 et Strelitzii diss. p. 9sqq.) Velut librarius I § 1 in vocibus *qui sunt* litteram *s* ex *a* corredit, ibidem in voce *definio* *e* ex *l*, § 8 i. v. *commidis* prius *o* ex *u*, II § 22 i. v. *reges* *g* ex *u*, § 31 i. v. *curiatis* *t* ex *l*. Quem in numerum nescio an etiam eae voces sint referendae, quas quisnam correxerit, ex du Rieui verbis non appetet dicentes e. g. ad *urps* II § 10: *ex p facta b*. Mauius quidem hanc emendationem itemque vocis *cuicue* in *cuicue* III § 18 *C*, contra vocis *auspicatu* in *auspicato* II § 51 *c¹* tribuendam censem. Sed certiora praesto sunt indicia, quibus librarius ipsum errore cognito quae peccaverant emendavisse efficitur. Nam aliquot locis cum in eo esset, ut ille complures voces vel totos archetypis versus omittaret aut repetiret, re animadversa insistens aut verba omissa supplevit aut quae prave repetitus erat intermisit repetere atque simul voces male exaratas punctis notavit. Velut II § 60

Annis post

res multis dicendis

ca XX ex eo quod L. Papirius P. Pinarius cens-

res multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant

librarium vocibus *ea* — *censo*, quae unum archetypi versum 34 litterarum*) effecisse veri est simile,

*) Occasione data Strelitzium pag. 67 diss. 1st manus archetypi singulos versus XXX—XL litterarum fuisse recte statuisse affirmemus. (cf. quae idem 'indicia philologici' vol. X p. 488 et quae J. Muellerus 'Burs. ann.' a. 1882 vol. XXVII p. 140sqq. hac de re exponunt.) Cui rei non tam ei loci documenta sunt, quibus librarius vocis praegressae vel succendentis similitudine deceptus complures voces his exaravit aut omisit, quam illi potius, quibus talia erroris externa indica non inveniuntur, immo mera librarii oscitantia verba omissa aut male repetita vel repeti coepita sunt. Vel. I § 60 (36 litterae repetitae). § 61 (38 litt. om.). II § 5 (39 litt. rep.). § 14 (36 litt.: postquam librarius *Sabi* —

omissis cum proximum versum inde ab litteris — *res multis e. q. s. exarare coepisset*, errore cognito ipsum verba *res multis dicidist* male praesumpta expunxisse et Mauii testimonio et tota huius loci condicione aliisque similibus firmatur locis. Sed ut ex loci natura hic a librario ipso puncta illa supra vocabula *res multis dicidist* apposita esse efficimus, sic puncta alii litteris delendis super scripta *c¹* tribuere cogimur. Velut I § 11 voces *cogantur*, *cum*, *quod est multo prolixius*, *nulla necessitate a c¹ expunctas esse vel hoc colligitur*, quod *c¹* vocabulum premente a C omissum supra vocem *necessitate* adscriptis.

Utriusque autem loci punctis inter se collatis Mauius illud perspexit puncta supra — *res multis dicidist* addita et maiora et magis nigro atramenti colore picta esse quam ea, quibus voces inde a *cogantur* — *necessitate* deletae sunt. Qua ipsa punctorum specie Mauius commotus est ut alii locis C (c?), alii *c¹* puncta supra vocabula adiecta vindicaret. Atque II § 14 vocem *que* (in *Sabiqueno proelio*) a C expunctam esse ut sponte intellegitur, quia librarium post syllabas *Sabi-* unum versum 36 litterarum transiliente (inde ab — *no proelio* usque ad *curias*) et ad verba *que* *divisit* delapsum errore animadverso ipsum particulam *que* expunxisse credendum est, ita illis, quae dixi, argumentis nisus haec puncta C deberi Mauius pro certo affirmat. Iisdem indicis ductus Mauius a C punctis supra adscriptis haec, quae iam enumeranda sunt, vocabula esse correcta verum vel veri esse simillimum demonstrat: I § 12 *appat*; et *scripserint* *functos*. II § 11 *circumiectu*. § 13 *matronis* *is ipsis*. § 20 *cultum*. § 30 *esse*. I § 3 autem in vocibus *imperiosis* *tutappellat* litteram i puncto, t lineola a *c¹*, u a C deletam esse Mauius testatur. His quoque locis a Mauio non collatis puncta a C adiecta esse ex tota emuntiorum condicione concluditur: I § 27 a scribendis vocibus *numquam minus* ad scribenda *numquam se plus* e. q. s. librarii oculus aberravit. § 52 post *complexus est ipse ad praegressum ipse relapsus librarius duos archetypi versus bis adscripturus erat*. II § 50 (*eminet d̄vis*) in eo erat, ut ille ad antecedens vocabulum *diximus* reversus 32 litteras repeteret.

His vero, qui subiunguntur, locis utrum C an *c¹* puncta tribuenda sint externa eorum specie discerni posse Mauius negat: I § 19 *ex me Scipio ex me; omnisque avidae (avidos c¹) omnis*. II § 20 *de mortalitate*. § 22 *reges*. § 26 *inicit in quibus; et principum numero*. § 27 *discendaque observanda essent*. § 28 *superbi*. Idem iudicandum videtur de his locis (a Mauio cum codice Vaticano non comparatis), ubi toti versus a C repetiti punctis deleti sunt: I § 58 *non querimus gentem, ingenia querimus gentem ingenia querimus*. § 64 voces *eadem voluntas — permansisset*. § 65 ac

scripsit, a — *no proelio ad que divisit* aberravit). § 27 (31 litt. rep.). § 31 (28 litt. om.). § 58 (34 litt. om.). § 60 (35 litt. omitti coepiae). — Contra nescio an antecedentis vel succedentis vocis similitudo erroris causa his fuerit locis: I § 27 (36 litt. repeti coepiae). § 31 (33 litt. om.). § 35 (post *mihi sit* libr. retro aberravit ad *quo sit* itaque 31 litteras interiectas inde ab *in illo genere* repetitus erat). § 43 (32 litt. om.). § 49 (210 litt. rep., sex fere archetypi versus, compleentes). § 52 (72 litt. repeti coepiae i. e. duo archetypi versus). II § 28 (36 litt. om.) § 39 (30 litt. om.). § 45 (30 litt. om.). § 70 (39 litt. rep.). — His autem litteris computatis singulos archetypi versus circiter 34, 4 litterarum fuisse efficitur. Itaque hac quoque ex parte Birtii firmatur sententia docentis cum omnium pedestris scriptorum Ciceronis voluminum singulos versus XXXV fere litterarum fuisse (cf. eius 'antikes Buchwesen' Berol. 1882 p. 157sqq., in primis p. 175, 197, 199, 202). — At Beltzius cum omnino dissertatione sua 'die handschriftliche Ueberlieferung von Ciceros Büchern de republica' Suerini 1880 nimis in universum disputans novi quidquam non attulerit, illa ipsa de re falso iudicavit.

totam remp. substravit. II § 40 *et is valebat in suffragio*. § 70 voces esse sine iniuria — *verisimilium*. (de I § 49 ubi 210 litteras, sex fere 1st m. archetypi versus explentes, bis exaratas videmus, nihil statuere licet, quod lacuna in hac codicis parte exstat.)

Contra puncta *c¹* deberi eis consentaneum est locis, quibus singulæ litterae vocesve et punctis et lineolis transversis deletae sunt (de qua emendandi ratione cf. du Rieui sched. Vat. pag. 11*), e. g. in his vocabulis: I § 3 *etsi*. § 13 *Rutili orumfo*. § 14 *fi erie; liberos; namcisei; doctrina*. II § 11 *perfluantur*. § 12 *opescu* (vel: *opeseg*); *honeste hortas virginis*. § 16 *tribubus; borum*. § 18 *cacedit; aactati*. § 21 *et a maioribus*. § 24 *is fore qualiscunq. is foret quo modo*. Deinde earum codicis Vat. partium, quas Mauius contulit, his locis puncta *c¹* attribuamus necesse est: I § 4 *neque tāi solum*. § 12 *devorum*. § 13 *discenduli*. § 15 *Africanæ*. § 18 *considerent, vellent*. II § 14 *tanti, consilioquequæ*. § 20 *ferturrase*. § 24 *Herculis*. § 28 *annimalium*. § 50 *XXXVIII* (sic!). § 55 *lege sublataperta*. — Huc accedit I § 60 *Probas igitur animum ita affectum? Nihil vero, inquit, magis*. Ergo non profectum nihil vero, inquit, magis. Ergo non *iprobates*, (quoniam litterae non pro item letae fuerint, dubium non est) atque duo illa quae supra protulimus exempla: II §§ 14 et 60.

Sed ut saepe ambigitur cuinam manui puncta illa vindicanda sint, ita ne ea quidem menda, quae litteris supra adiectis sublata sunt, ad unum omnia correctoris diligentia remota esse existimandum est. Immo ex Mauii collatione appareat aliquot locis, utrum eiusmodi emendationes C an *c* an *c¹* tribuendae sint, dubitari posse. Velut hasce emendationes *c¹* vindicandas esse Mauius negat: I § 3 *ratio*. § 7 *inviso; propriis*. § 11 *arbitrare*. § 13 *que*. II § 17 *conpruiset*. § 13 *adserbit*. Haec quoque vocabula non a *c¹*, sed a *c*, i. e. fortasse a C restituta esse Mauio admundum verisimile videtur: I § 3 *adsequeretur*. § 18 *Mai lius*. II § 13 *cit*. § 18 *sacculi*. I § 1 *tatum* (t non deleta). § 6 *Metelli ocl* (o non del.). § 45 *retinentes; cuius*. II § 12 *matrimonis; collocabit* (b non deleta). — His denique locis, cui manui emendatio sit vindicanda, Mauio non lieuit dignoscere: I § 15 *leve*. § 16 *Socrate*. § 42 *adlectis*. II § 24 *agestos*. § 28 *ybarim*. I § 1 *bis* (b non del.). § 3 *publico iure*. § 8 *consilio; remitteret* (num alterum i deletum sit incertum est.). § 11 *quo didicūt* cerunt; prius *d* et nec Mauius *c¹* tribuit, cum dubitet cui ultima syllaba *dī*, et litt. *i* alterius versus tribuendae sint et illud quoque in medio relinquat, utrum prima syll. *dī* re vera deleta sit, an tantummodo maculae casu adspersae sint. (Ego sane aliis comparatis locis totam illarum vocum emendationem *c¹* tribuo primum *dī* re vera lineis deletum esse ratus.) § 14 *parata*. II § 18 *errore*, del. fortasse priore e lineola.

Sed haec omnia, quae adhuc exposuimus, quisquis accurate consideraverit controversiam illam de *c¹* archetypo dirimi posse prorsus ut neget facile adducatur. Neque vero omni spe destituti esse

* Vir ille doctissimus, cum l. l. 'puncto inferne scripto nullam litteram in codice Vaticano detrahendam esse' docet, erravisse existimandus est. Huius enim litteras delendi rationis duo ex Mauii collatione exempla afferre mihi licet: I § 13 *discedendi* et § 18 *Scipionique* eorum.

nobis videmur. Nam ex ipsa Maiui collatione, quam huic dissertationi addidimus, illud quidem eluet inter eas emendationes, quae Maiui iudicio certo vel verisimiliter *c* aut *c¹* debentur, nullam graviorem esse: huius vero generis emendationes Maiui cum Maio, du Rieu, Detlefsenio *c¹* tribuit. Qua de causa in illis palimpsesti Vaticani partibus, quas Maiui non contulit, earum emendationum, quae longius a *C* recedant, a *c¹* originem esse ducendam haud scio an iure statuamus.

Itaque his ipsis locis accurate examinatis, quid de eis liceat statuere videamus. Sed prius quam ad illos locos accedamus, eorum mendorum, quae manifesto librarii stultitia, errore, oscititia commissa sunt, quaeque adhibito uno librarii archetypo corrigi poterant, paucis revocanda est memoria. Ac primum quidem singulae vocales et diphthongi sono similes aut dissimiles, itemque consonantes litterae inter se commutatae vel metathesi quadam a librario transpositae sunt; deinde saepe litterae aliae omissae, aliae perperam adiectae sunt, velut haud raro singulae litterae pro geminis aut geminae pro singulis exarabantur. Multis autem locis praegressae vel subsequentes voces eiusmodi corruptelarum ansas dederunt, cum ad earum similitudinem nominum casus, numeri, genera et verborum tempora, modi, genera mutantur. At illud vero omni pacto negandum est certo consilio, ut hunc in modum verba depravaret, librarium esse commotum. Latini enim sermonis, si non plane, at tamen propemodum rudem eum fuisse itaque eorum, quae pingeret, sententiam intellegere non potuisse cum perridiculis mendis plurimis eius generis, de quo supra egimus, elueat, tum eo probatur, quod permultas voces male dissecuit et plurimorum vocalium syllabas aut tota vocabula praetermisit. Quorum mendorum cum in Strelitzii dissertatione conspectus exhibeatur atque etiam huius disputationis initia nonnulla commemorata sint, pauca exempla hie attulisse satius habeo:

I § 12 *paena*. V § 3 *interpretatio*. I § 16 *dermonium*. §. 68 *utque ut*. § 51 *apudentos*. II § 49 *Sperius*. II § 8 *Poleponnesus*. I § 8 *retamquillum* (*et tranquillum*). § 60 *pras*. II § 33 *decivisset*. § 46 *esse (sese)*. § 64 *Spicio* (*cf. metathesis exempla supra allata*). — I § 18 *eximam* (*eximiam*). § 27 *solvere (soli vere)*. § 37 *Graecus*. § 44 *vtia*. § 61 *inquit Ille*. II § 46 *uxorium* (*uxori vim*). I 56 *ratum* (*Aratum*). II § 10 *sedm*. — I § 3 *et enim* (*est enim*). § 59 *offendisse* (*offendisset*). § 63 *se ut* (*sed ut*). II § 34 *foris* (*fortis*). I § 64 *poteris* (*posterioris*). § 27 *fugendi* (*fungendi*). II § 16 *novi* (*non vi*). § 58 *omnibus*. — I § 38 *unum quam* (*nunquam*). III § 6 *quam* (*gum*). II § 14 *tanti* (*Tati*). I § 52 *videre* (*videro*). — I § 1 *quisdem* (*qui isdem*). [*fortasse I § 13 magnopere (magnō opere c¹) cf. I § 21 tanto opere Cj.*] I § 16 *reiecisset* (*reieciisse et*). II § 38 *ornatus* (*ornatu ius*). I § 1 *Marcellus* (*M. Marcellus*). § 15 *posumus suspicari*. § 47 *cse*. I 26 *siterua* (*sit terra*). § 71 *aude maiorum* (*aut de maiorum*). § 22 *et unae* (*et lunae*). IV § 4 *mali* (*malle*). — I § 2 *quasi isti* (*quas isti*). II § 10 *redundare et (redundaret)*, *terra aut (terra ut)*. I § 31 *invidis Scipionis* (*invidi Scip.*). II § 9 *attigisset tamen* (*attigi set tamen*). II § 54 *libris significant*. — I § 27 *hominum immensam possessio*. § 36 *prudentissimi hominis* (*pr. homines*). § 65 *finitimum optimum* (*optimo*). § 67 *in eiusmodi reip*. II § 6 *maritumis hostis* (*maritumus hostis*). II § 27 *duabus rebus confirmatus*. I § 30 *studio* (*studia*). II § 5 *Aboriginem* (*Aborigīnum*). § 6 *multum indicis* (*multis i.*) — Pluralis pro singulari numero legitur I §§ 15. 38. 67. II § 14; invicem singularis pro plurali I §§ 4. 9. 18. 48. II § 4. — I § 10 *posset* (*possit*). II § 48 *cogitare* (*cogitari*). § 51 *everteret* (*everterit*). I § 4 *vivorum* (*virorum*). II § 1 *matris* (*patris*). § 7 *quam mihi error* (*quam hic error*). § 30 *sibi* (*ibi*). § 33 *sed* (*est*). § 37 *iniustus* (*iniussu*). § 52 *canere* (*carere*). III § 15 *nos* (*suos*). — I § 7 *cum licet* (*cui cum licet*). § 7 *pare* (*parere*). § 14 *ventaturos* (*ventitaturos*). § 17 *adserere* (*adsidere*). § 21 *Marcellus* (*Marcelli avus*). § 32 *nosse* (*nos esse*). § 38 *de qua quaeritur* (*de qua qua-*

retur). § 42 *pes (penes)*. § 56 *principiamus* (*principia capiamus*); *omnes doctique* (*omnes docti in-doctique*). § 63 *indicator* (*indicat, nam dictator*). § 68 *quivato* (*quia privato*). II § 10 *victumque* (*victum cultumque*). § 31 *interrogante* (*interrege rogante*). § 64 *quin (quid in)*. III § 44 *minimero* (*minime vero*). — Eius modi denique loci, quibus voces a librario falso repetitas esse demonstratur, iam supra allati sunt.

Sed haec atque plurima alia eius generis menda, sive a *C* sive *c* sive *[c¹]* sublata sunt fuerunt (nam aliquot locis delendi signa iam evanuerunt), sane subsidio 1^o manus archetypi tolli potuerunt.

Nunc vero ad eos aggrediamur locos, qui num ipsi quoque ad librarii exemplar corrigi potuerint, examinandum est. Atque I § 13 a librario scriptum est *experpoliti*; particulae *ex litteram e lineola* delevit *c¹*, cum *x* deletam esse Maiui se vidisse neget. Et primum quidem fieri potuisse, ut errore sive oscitania librarius vocem *perpoliti* scripturus in vocem *expoliti* incidet, deinde vero errore cognito iustum vocem exararet, considerata librarii indole nullo modo nobis persuadebimus. Neque magis veri videatur simile iam in *C* archetypo vocem *experpoliti* deleta vocula *ex* fuisse atque inde a librario vocem illam corruptam, ab emendatore ex eodem codice delendi illa signa in Vaticanicum librum esse translata. Sin de suo ingenio emendatorem praepositionem *ex* delevisse existimaremus, aliter de eo atque convenit iudicaremus. Itaque nihil aliud restat quam ut *c¹* eo codice ad corrigitum Vaticanicum librum usum esse statuamus, qui interpretatione illo vocis *perpoliti* careret. Libros autem de republica eiusmodi interpretamentorum vel additamentorum expertes non fuisse compluribus demonstrare libet locis. Atque Wachsmuthius quidem I § 1 voces *commemorare eos desino*, § 3 *qui illa disputant*, § 5 *Atheniensium*, § 6 (*ut Urlichsius*) *eorum multorum caedes* (tamquam interpretamentum v. *pestes*) removendas esse philologici seminarii scholis demonstravit. Item Heinrichius *caelo* § 22, *de qua modo dicebatur* § 28, C. F. W. Muellerus *locupletibus* § 31, Maius *regni* § 49, Madvigius *rex* § 50, *eo nomine* § 51, *sint* § 67, Buechelerus *qui V § 3*.

